

proprium (scilicet) malum, quod de se ipsi sentiunt hoc etiam velle, vt ab omnibus credatur. Nec hoc mirum est. Qui enim volunt, vt alii homines de se sentiant, quam quod est veritas, vtiq; se veritatis aduersarios ostendunt. Sed non sic verus humilis, non amat latebras, non se excusat, nō cupit viuere in cordibus hominum, nec mortalium fauores exquirat. Quin potius contra se odium cōcipiens, & suum detestans scelus, & voce propria ipsū manifestat, & hoc ab aliis credi toto affectu deiderat. Non vult extra se in laudibus transitorijs gaudere, cum cōspiciat se in squaloribus vitiōrum turpiter iacere. Qui autem huiuscemodi est tactus compunctione sancta, & accensus amore humilitatis, non hoc gradu contentus est. Nam quemadmodū qui corporis languorem perperius est: non planē de febrium, aut dolorum celsatione quietatur: nisi etiam pristinam recipiat valetudinem, & amissam naturā resumat virtutem: sic neque qui vitiōrum tabe pollutus extitit, gaudere potest sola abstinentia priorum peccatorum, si non eadem à domino concedatur quoque palma virtutum. Quapropter humilitatis amator, quum in quarto ipsius virtutis gradu se iam esse deprehēderit: ignitus sancti face amoris ad quintum euolare molitur. Eri- git nanque se contra se: proprium affectuose agnoscit facinus, alius confiteri non erubescit: affectatque vt ab omnibus credatur esse miserimus: & vt in ore ho- minum extinctus sit, desiderat: vt à cunctis dicantur errata sua. Nam hic est terminus quinti gradus humi- litatis: vnde qui illum possidet de se (vt patet) vult ab vniuersis dici: quicquid in se deprehēderit vitiōsum. Talis mundum spernit, fauores calcit, carnem macerat, carnalia desideria extinguit, & in hoc mundo solo corpore retinetur. Restat igitur, vt toto conami- ne, & magnitudine desiderij exultet in opprobrijs & contumelijs, quisquis anhelat ad perfectionem huius virtutis, quæ sexti gradus obtinet principatum. Ipse est enim proprium gaudere in derisionibus, in infamijs, & ab omnibus contēpibilis reputari. Proponit sibi Saluatoris exemplum, sanctorum vitam meditat, & virtutum altitudinem rimari non desinit. His etenim vrgetur stimulis, talibus inflamma- tur lampadibus, se pro posse deicit, & cūcta pro quibus cōmendabilis videri possit, obhorret. Quum ir- ridetur, gaudet: quum despicitur, exultat: quādo per- fectionem patitur, securus est. Si maledicitur, eon- trariō benedicit. Quicquid applaudit, fugit: omne quod abiectum est, gratanter suscipit, & veneratur: & quum nihil sit fortis, quod appetat, aut timeat, ple- nitus humilitatis lumine & ardore caritatis cœ- lestem gloriam præstolat. Illud sepe animo reuoluit, quod pius Saluator protulit, dicens: Beati eritis, quum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentiētes propter me, gaudere, & exultate: quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Hucusque cursus, & hæc est humilium meta, atque perfectionis indi- cium infatigabiliter sitire opprobria, scrutari iniu- riarum causas sine causa, nec non esurire per omnia Christi conuitia, ita vt veraciter valeat dicere: Ab sit mihi gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Chri- sti, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mun- do. Ascensus in descensione, sublimis in humilitatis decore. Quæ virtus in fructibus ligni huius vitæ for-

Matt. 5.

Galat. 6.

titur vndecimum gradum, in conspectu verò cœlestis regis altum meritum, & honorabile fastigium sortitur. Hanc quicumque dilexerit, quæsierit, inuen- rit: & infatigabiliter tenuerit, in aeternum perire ne- quibit: quin potius cum humillimo cœlorum rege domino Iesu regnabit per secula: cūmq; angelorum choris in cœlestibus mansionibus, vbi pro opprobrijs gloriam, pro contumelijs dignitatem, pro persecu- tionibus supernam ciuitatē, & pro sui abiectiōne cō- sequetur beatitudinis perpetuam fruiōnem, atque pro sui condemnatione gaudijs replebitur in finitjs. Et hoc ab ipso Deo, qui est benedictus in secula.

DE VIRTUTE ORATIONIS,

atque de ipsius diffinitionibus, Quæ virtus plurima veneratione ex sui prerogativa digna habenda est. Tenet autem hæc in fructibus ligni vitæ duodecimum gradum.

C A P. I.



Vis dabit mihi pennas sicut colum- bæ, & volabo, & requiescā: Aetuantis animæ, & ad contemplantationem decorumque orationis ascendere af- fectantque verba sunt hæc. Nec ab re tanto id exposcit desiderio: quippe cū se aspiciat carne circumdatam, carnis volupta- tibus oppugnatam, ac multis modis præsentis pere- grinationis anfractibus collisam. In his nanque se versans, nec interna dulcedine pacis, nec iupernei ful- gore luminis repleri atque irradiari se intelligēs, to- to nixu, & omni, qua valet, virtute contendit iugum à se excutere temporalium actionum, quatenus ex- peditis gressibus, ac celeri volatu ad cœlestium con- templantationem secretorum valeat perferre. Retun- di autem sentit se, quoties relicto quietis portu ad la- ta huius procellosi seculi negocia egreditur: propter- eā tanto studio ad se redire compellitur: nec breui temporis intervallo sui dulcedinem ocij interrum- pi (quantum est in se) patitur: tanto tenacius, quanto vberius in virentibus contemplationis pascuis ine- briatur. Hoc nimirum, hoc persenserat sponſa fide- lis in canticorum canticis: cū tam sedulo tamque suavi allocutione nunc sororis, interdum columbæ, aliquando speciose nomine vocitaretur à sponſo: vt ei aperiret, secūmque exiret: aut pro subleuanda ino- pia pauperum, seu pro spiritali profectu delinquen- tium vocanti excusationis verba profferret, & dice- ret: Expolui me tunica mea, quomodo induar illa? Cant. 5. Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Sagaci- ter nanque se prouocanti pandit suæ quietis profes- ctum, nec non & actionis defectum: vt hæc audiens sponſus volentibus infestare deuotionem contem- platis imperet, dicens: Adiuro vos filiæ Hierusalem, ne susciteis, neque euigilare faciatis dilectam: donec ipsa velit. Tunc sedet securus, tunc dulcis iocunda- tur: funditur extinguit in se exteriorum sollicitudines, affectionibusque temporalium se exuit, atque sanctę compunctionis ardore omnem humanæ conuerſa- tionis maculam à corde abstergit: ita vt sic libera, sic dealbata & munda possit feliciter introire in thalamum sponſi, in amplexus dilecti: nec inde discedere, donec